dilectio inuitet· quatenus ipse illic missarum sollempnia cele
brare· et predictum domitium auctore deo abbatem debeat consecrare;
dum tuum consilium sequimur· in errore uel ut ceci du
cebamur; Nam catellus monachus in lupus cani monasterio
prepositum fieri dilectio tua uoluerat; postquam hoc fieri
mandauimus· quia monachus non sit agnouimus; ex parua
enim eulogia quam bonus monachus accepit· partem
petendo· contentionem facere in itinere minime timuit;
quod ex quanta amaritudine cordis ostenderit· tua pote
rat dilectio scire· si regulam monachorum nosse uoluisset; ex
discipulo autem tuo cognouimus· quia tu qui abbas diceris·
esse adhuc monachus nescis; et credo quod non dispares
mentis sit in hac diuisione cellarum et iam lucifer· ipsum
prepositum fieri diximus; sed tollerabilius est antiquiorem
fratrem· quam nouum et puerum tollerare;

LXXXIII· GREG· VRBICO· ABBATE·

Dilectio tua presentia scripta suscipiens·
de solidos monasterii lucus cani· quos apud illud salerius
notarius noster esse renuntiauit· sine mora uel excusatione
aliqua· quadraginta solidos fratri nostro petro troe caltano
episcopo dare studeat; sed et monachis quos apud se de eodem
monasterio prefatus frater noster pro eorum salute abstulit· studii
tui sit· abbati ante facti lupus cani monasterii districtius
imminere· ut alimoniam et uestiarium· annis singulis exinde
prebere modis omnibus debeat;

LXXXIIII· GREGORIUS· ROMANO· DEFENSORI·

© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0465